

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Ex v. 34.

arda fides abeat: vesana socordia cedat.
Surrexit Christus, surget & indepius.

ORACULUM SACRUM XXVI.

Rom. IV. 25.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὴν ἁγίαν καὶ θεογονοῦσάν

ἡμῶν, καὶ ἐγὼς τὴν δικαίωσιν ἡμῶν.

Versio Vulgata.

Christus traditus est propter delicta
 nostra, & resurrexit propter justificatio-
 nem nostram.

Versio B. LUTHERI.

Jesus ist umb unser Sünde willen,
 dahin gegeben/ und umb unser Gerech-
 tigkeit willen aufferwecket.

N O T Æ.

1. In frontispicio hujus sacri oraculi oc-
 currit vocabulum Ἰησοῦς, ex quo ita colligo:

IESUS traditus est propter peccata no-
 stra E. non Pater, contra Sabellianos, qui per-
 sonas in divinitate confundentes, adseribant eun-
 dem

dem esse patrem, qui est Filius, & eundem esse Spiritum Sanctum, qui est Pater & Filius. Ideo & Patrem humanam naturam adsumsisse & passum esse, affirmabant. Hinc Patri passivi sunt adpellati.

2. Christus, vel ut habent fontes, IESUS traditus est propter peccata nostra. IPSE vulneratus est: IPSE languores nostros tulit: IPSE adfectus est. Ela. LIII. 4. 5. 7. E. non alius pro eo passus est, contra Basilidianos, fingentes, Christum non esse passum sed Simonem quendam Cyrenicum, portantem crucem Christi, istum, dixerunt, transformatum fuisse in speciem Christi atq; pro eo invisibiliter, stante Christo ex opposito & deridente crucifigentes Simonem, passum fuisse. Vid. Epiphani. lib. 1. tom. 2. hæres. 24.

3. Si autem ipse IESUS passus est: si ipse IESUS vulneratus est: si ipse IESUS traditus est in mortem crucis ignominiosissimam, Phil. II. 8. utiq; ἀγώνισμα non solum essentielles proprietates humanæ naturæ, quæ sunt consistere corpore & anima rationali, sibi verè & realiter in carne univit, sed & naturales illas infirmitates, quales sunt pati, mori, fame, siti &c. affligi liberrimâ voluntate, & quidem non quatenus culpæ respectum, sed quatenus pœnæ rationem habent, propter nos nostramq; salutem

em adsumit, alias nec pati, nec in mortem
radi potuisset, contra eosdem, quibus ad surre-
xerunt alii, qui omnes Christi passiones, etiam
acerbissimas, compararunt celo transienti agrum
cum distritione quidem, sed sine sensu doloris.
His tandem adhaes fuerunt Manichæi, præ-
tendentes, Christum non verè, sed putative,
in phantastico corpore fuisse passum & mor-
tuum, quem errorem supra notavi.

4. Opera Trinitatis ad extra licet interdum
sibi tantum personæ in sacris literis assignen-
tur, tamen essentia inæqualitatem non adstru-
unt, propterea quod ea omnibus tribus perso-
nis ratione identitatis essentia divinae sint
communis. Ita, quando in loco presentis
(cui adde Act. III, 32. XIII, 33. Ephes. I, 20. Ebr.
XIII, 20.) resuscitatio Filii è mortuis tribuitur
patri, *quosioris* Filii cum Patre probatur ma-
gis, quàm destruitur, si nim. id cum Joh. X, 18.
conferatur, ubi Filius de seipso adfirmat, quod
habeat potestatem ponendi animam & iterum
sumendi eam. Et Joh. II, 19. inquit Salvator.
Solvite templum hoc & in tribus diebus exci-
tabo illud. Ubi in Græco habetur verbum
κτίζεις, quod non quamvis, sed efficacem ope-
rationem & actionem denotat, uti textus con-
nexio arguit. Hinc ita colligo:

Si

Si idem de Patre & Filio affirmatur, sequitur, quod Pater & Filius sint ejusdem essentia & voluntatis.

At idem de Patre & Filio affirmatur, uti modo probatum dedimus.

E. Pater & Filius ejusdem sunt essentia & voluntatis. Quod notandum contra Socinianos, contententes, Christum seipsum ex mortuis excitare non potuisse, quia Pater eum resuscitasse dicatur. Vid. Smale. Respons. ad nova monstr. p. 196. & Refut. lib. de Error. Arian. p. 207. Catech. Racov. c. 21. Ostorod. lib. contra Tradelium cap. X.

5. Particula $\Delta\epsilon$ in uno hoc versu bis ponitur, sed non in eodem significato sumitur. Resurrexit Christus. $\Delta\epsilon$ τῆς διαιρέσεως ἧσιν ut causam finalem. Traditus autem est $\Delta\epsilon$ τῆς ἀποκρίσεως ἧσιν ut, causam impulsivam meritoriam. Hac enim moverunt ipsum ad subeundam passionem & mortem ignominiosissimam. Hinc prepositio $\Delta\epsilon$ juncta Accusativo apud Græcæ Lingvæ autores sacros & profanos usitatissima est causæ impulsivæ nota. Vide loca Matth. X. 22. XVII. 20. Luc. I. 78. Joh. I. 31. IV. 39. 41. 42. cap. X. 32. XIV. 11. Rom. I. 26. cap. XV. 9. 1. Cor. VII. 5. 26. 2. Cor. IV. 2. Ephes. II. 4. IV. 18. Phil. II. v. ult. Col. III. 6. 1 Thes. V. 13. 1. Joh. II. 12. Apoc. II. 3. c. XII. 11. c. XVIII.

XVIII. 8. Interim non negamus, & causam finalem posse intelligi. Christus enim ideo traditus est singulari & destinato Dei consilio, ut peccata, quibus mortem merebamur, expiaret. *Omnis cum causa finalis simul impellens est ad agendum.* Sed quod illis verbis *Ἀλλὰ τὰ πάγια ἡμεῶν*, tantum causa finalis intelligatur, eo quod sequentia *Ἀλλὰ τῆν δικαίωσιν ἡμῶν* am notent, q. d. Apostolus: Christus mortuus est propter peccata nostra, i. e. ut nos a peccatis liberaheret, vel: ne nos peccemus, hoc omnino negamus, *contra eosdem.*

6. Si autem Christi morti & resurrectioni tribuitur nostra *δικαίωσις*, utiq; Christus non tantum ea fini passus & mortuus est, ut voluntatem Dei morte sua confirmaret, uti contententur adversarii modo nominati (Vid. Cateches. Racov. c. IIX. p. 257. & 261. Socin. Brevi tract. de officio Christi p. 10. & seq. Smalc. de Diviu. Christi c. XI.)

Neq; tantum ideo, ut nobis Deum redderet propitium, uti existimant *Arminiani*, (Sic enim Apologia f. 97. *Satisfactio Christi nulli hominū fini servit, quam ad movendum DEum, ut peccatoribus bene velit, i. e. ut peccatoribus reconciliari & cum iis in gratiam redire velit.*) sed etiam ideo, ut nobis peccatorum remissionem adiret.

7. Objec

7. Objectum fidei justificantis h. l. & versu
precedenti ita describitur, ut ad illud omnino
referatur expiatio peccatorum per Christum
facta, quæ mortuus est propter peccata nostra.
E. fides salvifica est, credere, quod Christus pro
nobis passus & mortuus, *contra Socinum, ne-
gantem, hoc credere esse fidem in Christum, quæ
justificamur.* Vid. Tract. de justific. p. 115. & part
IV. de Servat. Christo cap. IX.

8. Gratia divina h. l. ita describitur, quod
Christus morte & resurrectione suâ remissio-
nem peccatorum & reconciliationem nobis
impetravit. Conf. Ephes. I. 7. Col. I. 14. 20. 11.
E. principalis nostræ justificationis causa non
est pura & absoluta DEi gratia sine intuitu me-
riti Christi, *contra modo nominatum Socinum,
& socios.* Vid. Socin. tract. de Justif. p. 11. Smalc.
ib. de Satisfact. Christi p. 255. & Examen CLVII
Error. num. 8.

9. Christus traditus fuit propter peccata
nostra, teste h. l. Apostolo. Jam verò peccati
nostris non solum temporalem, sed etiam aeter-
nam mortem promeriti eramus. Vid. Esa. LIII.
16. 2. Cor. V. 21. 1. Pet. II. 24. 2. E. Christus pas-
sione & morte sua non solum corporalem, sed
etiam aeternalem mortem gustavit, *contra eos-
dem.* Vid. Cateches. Ræcov. p. 253. Socin. part. III

de Servat. Christo c. VI. ubi ita scribit: *Quamvis non defuerint, qui Christum damnatorum pœnis passum fuisse, affirmare sunt ausi, explosa ratione est sententia ista. Et merito quidem. Sed quia hoc portentum opinionis notavi supra in die Sepulturæ Christi nota octava, ideo heic in Christum agere nolo.*

10. Apostolus h. l. non agit de justificationis effectis, vel de renovatione, uti de hominum renovatione agit cap. VI. 4. in quo resurrectionem Christi nobis exempli loco proponit, sed de justificationis causis, quas h. l. constituit Christi mortem & resurrectionem, contra Pontificios artificios, qui ex h. l. probare conantur, justificationem nostram non in sola remissione peccatorum consistere, sed principalem ejus partem esse renovationem vite, quæ exemplariter notetur resurrectione Christi. Vid. Bellarm. lib. 2. Justif. cap. 6 Perer. Disput. 10. in cap. IV. Rom. thes. 48. Stapler. p. 259. in Antid.

11. Tribuitur autem h. l. resurrectioni Christi in specie nostra justificatio, tum propter declarationem, tum propter justitiam acquisitam adplicationem. Quod declarationem attinet, Christus resurgere debebat, ut resurrectione sua declararet, se non à morte victum, sed mortem vicisse, atq; omnes hostes nostros debellasse, &

Q fie

fic planè pro peccatis nostris satisfecisse. Quod verò adplicationem concernit, Christi debuit esse perfectus autor nostræ salutis, non solum per mortem eam nobis acqvirendo, sed etiam tanquam verus & perpetuus Sacerdos adplicando. Est igitur h. l. Synecdoche patris pro toto. Nam nostra justificatio tribuitur Christi resurrectioni, & totum ipsius meritum intelligitur, *contra Eosdem, & cum prima Pererium, qui in Dissut. sup. 4. cap. ad Romanum. 48. scribit: resurrectionem Christi non habere causam meritoriam nostræ justificationis.*

12. Justificatio nostra in sacra scriptura non tantum passioni & morti Christi, sed etiam h. l. ipsius resurrectioni tribuitur, quæ sanè ad passivam obedientiam non potest referri. E. obedientia Christi activa & passiva ad causam meritoriam justificationis nostræ pertinent, *contra Piscatorem Herborensensem, adfirmantem, SOLAM Christi MORTEM ad justitiam imputari in comment. ad Rom. cap. 4. & 5. Non rectè inquit, p. 37. edit. Herbore. Anno 1610. a non nullis possessio vitæ æternæ, tanq. effectum, adscribitur obedientiæ Christi, quam Patri prestitit san. Et vivendo secundum legem, p. 106. Non sumus justi effecti per sanctam vitam Christi. p. 109. Errant, qui putant, vitam nobis esse paratam, per san.*

inctam vitam Christi. Quem manifestissimam errorem in crustare conantur. Pareus in comment. ad Rom. & Wendelinus, lib. i. Christ. theol. cap. XXV. thes. 7. ubi inter alia sic dicitur: Activa Christi obedientia est conditio in Mediatore requisita; absq. qua Mediator nostri crucifusus esse non potuisset, suamq. morte nihil proferri potuisset. Interim tamen obedientia hac, & ut proprie & accuratè loquimur, non est materia nostræ justificationis, nec imputatur nobis ita, ut carnis nostræ censeatur, & nobis propter eam peccata remittantur, & debitum legis pro nobis solvatur. Iam paulo post: Negamus, vitæ æternæ promissionem, sed tamen causa Christum loco nostro activam obedientiam præsistisse. Ratio est, quia eam pro se non debuit, tanquam creatura, quæ ex lege ad causam non potest, adeoq. per eam nobis nihil promissionis est, etiamsi maximo nostro bono eam præstidissimam in nucleat. dicti Matth. V. 17. ideo hæc actum a- & negere nolo.

13. Est & illud hæc observandum, Christum non secundum divinam, sed secundum humanam naturam resurrexisse à mortuis. Sic enim colligimus:

Secundum quam naturam Christus de Maria natus, sub Pontio Pilato passus, mortuus,

Q 2

tuus,

tuus, & sepultus est, secundum eam quoq; naturam resurrexit à mortuis.

At secundum humanam naturam Christus ex Maria natus, sub Pontio Pilato passus, mortuus, & sepultus est.

E. etiam secundum humanam naturam resurrexit à mortuis. Quod notandum contra nonnullos Calvinianos, asserentes, Christum secundum utramq; naturam exinanitum & exaltatum esse. Sic enim Georgius Sohnius in Exeg. Augustinæ Confess. p. 262. discriet: *Resurrexit Christus secundum utramq; naturam sciens & volens.*

14. Deniq; sicco pede prætereunda non est particula *ἡμῶν*, quæ quidem in hoc sacro oraculo ultimum occupat locum, sed magnam habet emphasin, & nobis tale suppeditat argumentum: Quorum gratiâ Christus passus est, & resurrexit, ad illos etiam spectat, quicquid Christus passione & resurrectione sua meruit. Sed Christus non SUI, sed NOSTRI causâ passus est & resurrexit. Traditus enim est *ἡμῶν ὑπὸ ἡγέτης* *ἡμῶν* *διὰ τὴν δικαιοσύνην ἡμῶν.*

E. non ad Christum, sed ad nos spectat, quicquid passione & resurrectione sua meruit contra Socinianos & Pontificios, existimantes Christum morte sua sibi corporis gloriam & exaltationem

tionem promeruisse. Vid. Smalc. exam. 100.
 rror. p. 28. Lombard. lib. 3. Sent. dist. 18. lit. B. C
 ellarm. lib. 5. de Christo cap. 9. p. 583. Cui opi-
 onis etiam subscribit, Joh. Piscator, quam ta-
 men non minus stultam quàm temerariam de-
 nitionem rectè vocat & refellit, Joh. Calvinus
 stit. lib. 2. cap. 17. Sed quia hunc errorem.
 otavi supra Die Magorum orac. IX. not. i. ideo
 unc sequantur

PATRUM TESTIMONIA.

2. *Quod Christus propriâ virtute re-
 surrexit à mortuis.*

Licet alia sit persona Patris, alia Filii, ta-
 men in resurrectione Christi invenitur operis
 qualitas, propterea, quod Patris & Filii sit una
 potestas & majestas. Legitur, qui suscitavit
 ipsum. Et: Resuscitatus est Christus, quia
 cur in eo, quod in se fecit, ipse dignatus est fie-
 ri, & in eo quod se tradit, dignatus est tradi:
 ic in eo, quod se suscitavit; dignatus est susci-
 tari. Fulgentius lib. 3. ad Thrasimundum Re-
 em cap. 33. p. 75.

*Quod Christus secundum humanum natu-
 ram resurrexit à mortuis.*

*Quia carnem accepit Christus, in carne
 mor-*

Q3

mor-

mortuus est, surrexit, ascendit, sedet ad dextram DEI, *Aug. in Ps. 109. T. 8. col. 177. B.*

3. *Quod Christus non sui, sed nostri causa resurrexit.*

Christus resurrexit, ut iustitiam credentium confirmaret, *Hieronymus super hunc locum,* Tu bene Jesu! Pro me crucis tanta grande in tuo isto, quod praesens cerno, corpore, subiisti supplicium, ut mortem, quam meis incurrerem flagitii, interimeres, animas antiquorum, quae dudum Diabolica potestas miseris infernalibus mansionibus detinebat, recuperares, & totam humanam naturam, quae corruerat in mortem perpetuam, tuo cum ipso pacificato Patre, tuo, quem pro ipso fudisti, pretioso sanguine, revocares. Cujus quidem vita, die resurgens tertia, de illo, in quo mortuus jacuisti, barathro, certitudinem firmissimam comprobasti. Quod quidem nostra est solidata fides & aucta spes, ut sicut incorruptibilis, & impassibilis, & immortalis resurrexisti, ita similiter & nos resurgamus, *Idem in Agone Mortis.*

Habemus spem resurrectionis nostrae consideratam gloriâ capitis nostri. *Gregor. lib. 14. Moral. cap. 28. T. 1. col. 481.*

Non nobis passio profuisset, si gloriam divi in

divinae visitationis & resurrectionis non dedis-
 et, *Aug. in serm. Paschal.*

Quia resurrexit caput vestrum, hoc spe-
 ate cetera membra, quod vidistis in capite.
 Et enim proverbium antiquum & verum: Ubi
 caput ibi & cetera membra, *Idem in Pf. 29. conc. 2.*
8. col. 154.

Resurrexit Christus, ut resurrecturum se
 non dubitet Christianus. Quod enim praces-
 sit in capite sequetur in corpore, *Idem serm 182.*
Temp. T. 2. col. 956. A.

FERIA III PASCHATOS

Was willst du weiffeln dran das Christus
 auffgestanden?

Schau doch die Zeugen an/ die hier und da
 verhanden/

Und mache diesen Schluss: Weil
 mein Häupt schwebt empor/

So werd ich gehen auch auß meinem
 Grab hervor.

Ex Luc. XXIV. 36.

in MEDIO Christus subsistit Discipulorum.

U. MEDIATOREM se probet esse probum.

ORA-